Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Tu de te ipso testimonium phibes: testimonium tuum
non est verum. Dicit ihesus et dixit eis. Et si ego testimo
nium phibeo de me ipso: verum est testimonium meum: qa
scio unde veni: et quo vado vos autem nescitis unde
venio aut quo vado. Vos secundum carnem iudicatis: ego
non iudico quemquam. Et si iudico ego iudicium meum
verum est: quia solus non sum. sed ego et qui me misit
me. Et in lege vestra scriptum est: quia duorum hominum
testimonium verum est. Ego sum qui testimonium phibeo
de me ipso: et testimonium phibet de me qui misit me
me. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit ihesus.
Neque me scitis neque patrem meum. Si me scirentis forsitan
et patrem meum scireris. Hec verba locutus est ihesus i
gazophilacio docens in templo. Et nemo apprehe
dit eum quia nondum venerat hora eius. Offertorium
Ad dns cum tribularer clamabam et exaudivit me deus meus et liberavit animam meam
Secreta Oblationibus quas domine placatus suscipis et ad te etiam inimicos rebelles compellis quaesumus
voluntates nostras. Per dm. Communio Domine rege me et michi nichil
deerit in loco pascue ibi collocavit me super aquam refectionis educavit me
Complenda Quia nos quos divina sancta purificant et operatione sua tibi placant esse placidos quesumus
Deus qui spiritualibus intentos potius eligis
quam iratos. da nobis digne flere mala que fecimus
ut tue consolationis gratiam invenire valeamus.
Lectio libri ezechiel prophete. Dixit dominus deus. Offertorium
Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta ab homine iniquo et do
loso erue me quia tu es deus meus et fortitudo mea. Ps. Emitte
lucem tuam et veritatem tuam ipsa me deduxerunt et adduxerunt
in montem sanctum tuum. Immediate Collecta